

probet; quoniam in Criminalibus, ubi de periculo vitæ agitur, confessio ex errore aut vi cruciatus facta potest elidi per probationem in contrarium, Mantz. *ad h. art. n. 11. p. 227. 228.* Ideò Judex concedere debet sufficiens spatium ad probandum & deducendum suum errorem, & ita suspendenda est tortura: Quod si verò in probatione defecerit, utique repetenda est tortura, ratio est, quia cessat causa, ob quam suspendebatur tortura, Mantzius *ad h. art. num. 12. & seqq. pag. 228.* Blumbl. *ad h. art. num. 5. pag. 156.* addit etiam exceptionem, scilicet, si nulliter tortura fuerit instituta. An verò ultra tertiam abnegationem repetenda sit tortura, communiter negatur. Vide Carpz. *part. 3. quest. 126. num. 28. & seqq. p. 228. & 229.* Blumbl. *d. l. num. 6. & seqq. pag. 157.* Mantzius, *ad h. art. num. 24. pag. 229.*

ARTIC. LVIII.

Tormentis qui modus adhibendus.

Von der Maß peinlicher Frag.

Die peinliche Frag soll nach Gelegenheit des Argwohnß der Person / viel / vff / oder wenig / hart / oder linder / nach Ermessung eines guten vernünfftigen Richters / fürgenommen werden / und soll die Sag des Befragten / nicht angenommen / oder auffgeschrieben werden / so er in der Marter / sondern soll sein Sag thun / so er von der Marter gelassen ist.

AD ARTIC. LVIII.

ARGUMENTUM.

Tortura secundum qualitatem indiciorum & suspicionum, ut & persona conditionem plus aut minus, frequenter aut raro, durius ac lenius juxta discreti ac prudentis Judicis arbitrium institui debet, ita tamen, ut confessio ab inquisito non recipiatur, dum ipse sub cruciatibus haeret, sed quando tortura est remissa, vel tormentis relaxatus est; quæ verò post relaxationem fatetur, diligenter sunt notanda.

Dd

EXE-